



Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1601. usque ad annum 1605

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1776

VD18 90118790

§. 54. Ostendanæ obsidionis continuatio.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67204](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-67204)

id vel per armorum violentiam, vel Sæc. XVII.
ingenii astum evincere nitebatur: ad A.C. 1603.
id per opportunum erat quoddam pro-
pugnaculum, cuius expugnatio civibus
oppido salutaris, hostibus vero ob in-
terclusæ annonæ molestiam admodum
fatalis foret: Igitur tria Germanorum
millia sub obtentu transitus in urbem
inducit, qui, cum forum tenerent, se
tantummodo usque ad primam lucem
per noctaturos dicebant: summo mane
autem Archidux convocato Magistratui
tanta rationum vi præsidii validi in ur-
bem collocandi necessitatem exposuit,
ut omnes cives uno ore se ad omnem
sui Principis nutum paratos exhiberent.
Cum autem Mauritius oppidum valido
prædio munitum cerneret, ac insuper
pluviae plaudosis suarum stationum locis
infestissimæ instarent, motis inde castris
obsidionem solvit.

§. LIV.

Ostendæ obsidionis continuatio.

Nec interea Ostendæ obsessorum æque *Thuan.* l.c.
ac obsidentium infracta pugnandi *Grotius hist.*
aviditas deferbuit; ac præprimis *Joan-*
l. 12. Gallut.
nes de Riva, qui Alberti Archiducis
nomine oppugnationi præerat, ad om-
nes hostibus nocendi occasiones inten-
tus, die decima tertia Aprilis noctis be-
neficio

Sæc. XVII. neficio tres Fœderatorum recessus
A. C. 1603. vadit, occupatque, occisis omni-

Præsidiariis. Postridie obsessi eruptio-
nem tentant, sed desideratis suorum
quadringtonis in oppidum repelluntur
qui tamen hac suorum cæde minime
territi, constanter obsidionem sustin-
bant, eo quod naviis impune inge-
dientibus omni tam annonæ quam re-
centis militiæ subsidiis abundantare,
insuper tam maris perfidia quam tu-
mentorum violentia omnes Catholicorum
labores dejicerent: Medio etiam
Junio in Hispanos, qui munimentum
a Bredensi latere erectum expugna-
tentabant, erumpunt, ac Buquoii se-
gerem abductis belli tormentis occi-
pant, quem tamen Hispani ac Itali us-
sine magna hostium clade unacum be-
machinis recepero: obsessi autem han-
conatus frustrationem ulturi, jactis igni-
bus plura obsidentium opera aggredi-
que concremarunt. Ut igitur hu-
malo remedium poneretur, opportunè
advenerat Pompejus Targonus egregius
Machinator a summo Pontifice submis-
sus, qui constructa nova machina
nientibus subsidiariis navibus aditan-
prohibere nitebatur: attamen, cum ver-
asset in Mathematico magis, quam in
bellico pulvere versatus, potius inge-
quam prosperi successus laudem repor-
tabat:

tabat: feliciori tamen postea successu Sæc. XVII.
 alia excogitabat machinamenta inge- A. C. 1603.
 niosus artifex, quæ tamen etiam non
 modo a continentib[us] bombardarum im-
 petu, quam insuper a maris intemperie
 fuerunt dejecta. Igitur Albertus hinc
 tam diuturnæ ac infaustæ obsidionis
 tædio depresso, illinc vero potiundi
 oppidi desiderio erectus, alium, quem
 obsidioni præficeret, nominare statuit,
 ac præ ceteris Ambrosium Marchio-
 nem Spinolam selegit.

§. LV.

Ambrosius Marchio Spinola Ostendam adveniens.

Igitur die octava Octobris Marchio Spi- Gallut. &
 nula Ostendam venit, qui lustratis Thuan. l.c.
 obsidentium castris, ac explorato loci
 situ Pompejum Justinianum supremum
 castrorum Instructorem & Jacobum Fran-
 ciscum ambos belli peritia clarissimos
 de obsidionis statu interrogabat, qui
 expugnationis spem subesse dicebant,
 si ipse Ambrosius obsidionis curam in
 se suscipere vellet. Horum igitur ra-
 tionibus tandem expugnatus Spinola
 Ostendanæ expugnationis imperium ac-
 cepit, ac præprimis ad ingressum ho-
 stilibus naviis prohibendum ingentem
 machinam in Bredensi statione exstrui,
 tribus-

